



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvijs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio CIX. Nihilne amplius prohibet Deus hoc præcepto, quam
adulterium, & id genus turpitudines?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

QVÆSTIO CVI.

*Asqui hoc præceptum solam eadem
prohibere videtur?*

RESP. At eadem prohibendo docet Deus, se radicem & originem cædis *a*, iram *b* scilicet, inuidiam *c*, odium *d*, & vindictæ cupiditatem *e* odisse, atque ea omnia quasi pro cæde ducere *f*.

a Gen. 37. 4. 11. 18. 2. Sam. 13. 22. 28. 29. Gen. 34. 7. 25. *b* Gal. 5. 19. *c* Ro. 12. 19. *f* Ioh. 3. 15. Mat. 5. 22.

QVÆSTIO CVII.

*An vero id satis est, nos neminem
eo, quo dictum est modo,
occidere?*

RESP. Non est satis, Dum enim Deus iram, inuidiam, odium damnat, postulat, ut proximum æque ac nos ipsos diligamus *a*, & ut humanitate, lenitate, mansuetudine, patientia, & misericordia erga eum utamur *b*, quodque ei damno esse possit, quantum in nobis est, auertamus *c*: ad summam, ita animo affecti simus, ut ne inimicis quidem benefacere dubitemus *d*.

a Leuit. 19. 18. *b* Col. 3. 12. 13. Eph. 4. 1. 2. 3. *c* Prou. 24. 11. Esa. 58. 7. *d* Mat. 5. 44. Rom. 12. 20.



DOMINICA XLI.

QVÆSTIO CVIII.

*Qua est sententia ¶ sexti
præcepti?*

¶ *sexi*

RESP. Deum omnem turpitudinem execrari *a*; ideoque nos eam penitus odisse & detestari ac deuitare debere *b*; contraque temperanter, modestè, & castè *c*, siue in sacro coniugio, siue in vita cœlibe, viuere oportere *d*.

a Dent. 27. 20. 22. 23. Leu. 20. 10. 11. Leu. 19. 29. *b* Eph. 5. 3. *c* 1. Thes. 4. 3. *d* 1. Cor. 7. 9. Hebr. 13. 4.

QVÆSTIO CIX.

Nihilne amplius prohibet Deus hoc præcepto, quam adulterium, & id genus turpitudines?

RESP. Cum corpus & animus noster templa sint Spiritus Sancti, vult Deus, ut vtrumque purè sancteque possideamus *a*: ideoque facta *b*, gestus *c*, sermones *d*, cogitationes *e*, cupiditates foedas *f*, & quicquid hominem ad ista allicit, id vniuersum prohibet *g*.

a 1. Cor. 6. 18. 19. 20. *b* Eph. 4. 17. 19. *c* Prou. 5. 20. *d* Eph. 4. 29. Eph. 5. 3. 4. *e* Mat. 5. 28. *f* 1. Thes. 4. 5. *g* Eph. 5. 18. Prou. 23. 1. 32. 33. Deu. 22. 5.

Tr 3 DO-